

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Ioan. Andr. Danzii Medaqdēq Sive Compendivm  
Grammaticae Hebraeae Seivncto Chaldaismo Ad  
Arctiones Limites Redactvm**

**Danz, Johann Andreas**

**Francofvrti, MDCCXLVIII.**

**VD18 12109185**

Syntaxis Et Idiotismi Hebraeorvm.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17995**

# SYNTAXIS

ET

## IDIOTISMI HEBRAEORVM.



### C A P. I.

DE

## N O M I N E.

#### §. I.

**A**djectivum sæpissime substantivo exprimitur in statu constructo, ut לב האבן *cor lapidis*, i. e. *lapideum*, etiam cum suffixo v. g. עיר קדשך *urbs sanctitatis tue*, i. e. *tua sancta*, Dan. IX, 24. item, præcedente præfixo ב, ל, מ, v. g. אריה זיעם *leo ex sylva*, i. e. *sylvestris*, *ferox leo*. Jer. V. 6. *fecit eum לַמַּסְ לִיבְרִיתִי* *tributarium* Jud. I, 28.

§. II. Adjectivum ordinarie postponitur Substantivo in eodem genere, numero & casu. v. g. ברית חדשה *faedus novum*, לב טהור *cor purum*, Psal. LI, 12.

NOT. I. Si adjectivum præcedit, est integra propositio, verbum substantivum includens. v. g. רחום ארְבִּי *misericors est Dominus*.

2. Adjectivum præcedens in Statu Constr. indicat, sequens in diverso a se casu esse efferendum.

v. g.

v. g. גדול-כח *purus corde*. Pf. XXIV, 4. בר-לבב *magnus robore*, Nah. I, 3.

§. III. Nomina collectiva sæpe cohærent cum verbo seu participio plurali. v. g. העם הגדולים *gens i. e. gentes ambulantes*. Ef. IX, 1. כל-הארץ באו *omnis terra, i. e. homines e terris venerunt*, Gen. XVI, 57.

NOT. I. Substantivis dominium significantibus, אדנים בעלים jungitur singulare adjectivum vel verbum, v. g. קשה אדנים *dominus durus*, Esa. XIX, 4. בעליו יומת *dominus ejus occidetur*, Exod. XXI, 29.

2. Alias substantiva pluralia verbis singularibus, juncta, sumuntur distributive vel partitive. v. g. יהי מארות *fiant luminaria, magna & parva*. Sic mulier ambo sumebat viros, ונתצפנו & abscondebatur quemlibet seorsum, Jos. II, 4.

3. Aliquando pluralis adhibetur, si ex multis unum intelligitur. v. g. Jud. XII, 7. Jephta dicitur sepultus in urbibus Gilead, i. e. in aliqua urbium. Num. XXXII, 25. dixit aliquis ex filiis Gad. cet.

§. IV. Numeralia Cardinalia ab 1 ad 10. in singulari adduntur nominibus pluralibus, denariis aucta, ut 20. 30. &c. sæpe adhærent singularibus. v. g. שלשה אנשים *tres viri* עיר עשרים *viginti urbes*.

NOT. I. Numerales Cardinales sæpe ponitur pro ordinali, & quidem in multiplicatis denariis 20. 30. semper, ut יום אחד *dies primus*. בארבעים שנה *in quadraginta anno, h. e. quadagesimo*.

2. Nu-

2. Numeralia Cardinalia substantivis suis præponuntur, eorumque singularia in forma sæpe constructa v. g. אַרְבַּעַת יָמִים *quatuor dies*. שְׁבַעַת אֲלֵפִים *Septem millia*. מֵאת שָׁנָה *centum anni*.

§. V. Comparativus ordinarie per positivum & præfixum מִּ seſu מִן describitur; Superlativus autem addito מְאֹד vel positivo geminato, vel per Regimen v. g. טוֹב מִזֶּהָב *melius auro* מְאֹד גָּדוֹל מְאֹד *maximus*, עֵמוֹק עֵמוֹק *profundus profundus*, Coh. VII, 24. מֶלֶךְ מְלָכִים *rex summus*. שִׁיר הַשִּׁירִים *canticum excellentissimum*. Alias Superlativi species exhibet Danzius in Interpr. C. I §. 14.

§. VI. Casus obliquos non indicant Hebræi per terminationes; sed

1. per *particulas nomini præfixas*. Sic exprimunt

*Genitivum* per שֶׁל ut שֶׁלֹּשְׁמָה Cant. III, 7.

*Dativum* per ל, ut Gen. I, 29.

*Accusativum* per אֶת, Gen. IV, II.

*Ablativum* per מִן vel מִּ, Gen. XXIV, 50. Ezech. V, 12.

2. per *Pronomina suffixa* sæpiſſime, ut Gen. I. 12. c. XXVIII, 13. præfertim Jos. I, 3. כָּל־מְקוֹם אֲשֶׁר תִּדְרֹךְ כַּף־רַגְלֵכֶם בּוֹ *dabo vobis omnem locum in quo calcabit planta pedis vestri*.

OBS.

Obs. Relativi obliquus casus fit sæpe pleonastice. e. g. אֲשֶׁר-לָהֶם, qui illis, i. e. quibus. אֲשֶׁר-לָבָם quorum cor. Eleganter dicitur אֵת אֲשֶׁר quod.

§. VII. Duorum Substantivorum, res diversas significantium, prius ponitur in Statu Constructo, qui indicat posterius esse Genitivi casus. Hic Genitivus designat

1. *Efficientem*, ut מַכָּה אֱלֹהִים *percellus Dei* i. e. quem Deus percussit, Esa. LIII, 4. רוּחַ-אֱלֹהִים *Spiritus Dei*, i. e. a Deo immis-  
*sus Saulo* 1. Sam. XVI, 15.
2. *Materiam ex qua*, כֵּלֵי עֵץ *vas ligneum*.
3. *Finem*, ut צֹאן טְבָהָה *oves maclandæ* Psal. XLIV, 23.
4. *Effectum*, שֵׁר שְׁלוֹם *princeps pacis*. Esa. IX, 5.
5. *Objectum*, גֹּאֵל יִשְׂרָאֵל *redemptor Israe-  
lis*. Esa. XLIX, 7.
6. *Adjunctum*, אִישׁ מִלְחָמָה *vir bellico-  
sus* חֲמֵר לֶחֶם *asinus panis*, 1. Sam. XVI, 20.
7. *Similitudinem* עַמְרֹהָ עִם *homines Go-  
morrhæ*. Esa. I, 10.

Obs. (α) Participium, præsertim plurale, ante substantivum ponitur in Statu constructo. v. g. כְּסוּי חַמְאָה *tectus peccatum*, i. e. quod ad pecca-  
*tum attinet*. שְׂמֵרֵי הָעִיר *custodes urbis*.

(β) Substantivum quoque vel Participium nunquam cum alio construitur, otiose interveniente præpositione tam conjuncta, quam separata. v. g. הולכי על דרך ambulantes super via. Jud. V, 10. adde 2. Sam. I, 21.

(γ) Sæpe nomen construitur cum infinitivo velut cum Substantivo. v. g. ביום עשור in die facere, i. e. quo faciebat. Gen. II, 4.

§. VIII. Nomina אִישׁ, בַּעַל, בֵּן, בַּת & בֵּירַת cum aliis constructa, constituunt concreta denominativa, a voce, cum qua construuntur. v. g. אִישׁ דְּבָרִים vir eloquens, Exod. IV, 10. הַקֶּרְנִים בַּעַל aries cornua habens. Dan. VIII, 6. 20. בֵּת־קֶשֶׁת Sagitta. Job. XLI, 20. בֵּן־מָוֶת mortis reus. בֵּירַת vas duo sata continens. בֵּירַת enim ponitur pro quovis continente. 1. Reg. XVIII, 32.

§. IX. Nomina quædam emphatice in Statu constructo posita, videntur abundare penitus. v. g. עַל־דְּבַר שָׂרָה propter Saram, Gen. XX, 18. בְּיַד מֹשֶׁה per Mosen. בְּיַד הנביא per Prophetam. לְפִי חֶרֶב ore seu acie gladii עַל־פְּנֵי הַמַּיִם super faciem. h. e. in superficie aquarum. בַּלַּב יָמִים in mari. Ezech. XXVIII, 2. בְּקֶרֶב הָאָרֶץ in terra, Gen. XLVIII, 16. בְּתוֹךְ עַמִּי in populo meo, 2. Reg. IV, 13. Horum aliorumque nominum emphases explicat DANZIVS *Interpr.* C. 1. §. 29. in *notis*.

§. X.

§. X. Nomina **איש** *vir*, **אשה** *mulier*, **גבר** *vir* atque **אדם** *homo*, sæpe sumuntur indefinite, pro aliquis, vel distributive, pro unusquisque, singuli, quilibet. v. g. **לא איש** *non unicus* Gen. XLV, 1. **גבר** Prov. XXVIII, 21. **אדם** *aliquis*, Lev. I, 2. **איש ללשונו** *pro sua quisque lingua*, Gen. X. 5. **עם-גבר** *cum quolibet*, Job. XXXIII, 29.

§. XI. Substantivum idem bis repetitum designat

1. *distributionem*, **עדר עדר** *quemvis gregem seorsim*, Gen. XXXII, 17. & *universitatem*, v. g. **יום יום** *quotidie*, Pf. LXVIII, 20.
2. *Continuationem*. **מימים ימימה** *de anno in annum*. Exod. XIII, 10.
3. *Augmentum* **מאד מאד** Gen. VII, 19. Exod. I, 7. 2 Reg. X, 4.
4. *Diversitatem*, intercedente partic. ו. v. g. **אבן ואבן** *diversum pondus*, majus & minus. Deut. XXV, 13. 14. **אנה ואנה** *buc illuc*, 1. Reg. II, 36.
5. *Affectum & emphasin*. v. g. **מזבח מזבח** 1. Reg. XIII, 2. **צדק צדק** Deut. XVI, 20. Jer. XXII, 29.

§. XII. Vox **ימים** *dies*, nominibus *annum* vel *menssem* significantibus addita, infert illis tempus completum. Gen. XLI, 1. 2. Sam. XIII, 23. Gen. XXIX, 14. Jud. XIX, 2.







i. Chron. XXVI, 28. Jud. XIII, 8. i. Sam. IX, 24. Eccl. III, 21. Gen. XVI, 6. c. XLIII, 6.

§. XIV. Pronomina *separata* sæpe pro ipso Verbo Substantivo ponuntur, aut significationem Verbi Substantivi includunt. v. g. **אני קדוש** *sanctus ego* sc. *sum* Lev. XI, 44. Gen. III, 6. 9. 10. II. Jes. XLI, 4.

§. XV. Demonstrativum **זה** *hic*, est etiam pluralis numeri. v. g. **זה עשרים שנה** *per hos viginti annos*, Gen. XXXI, 38. interdum *relative* fumitur, ut Pfal. CIV, 8. *emphatice* construitur cum **מה**, **למה** & **עמה** v. g. Gen. XVIII, 13. *cur ridet hoc vel ita Sarah*. add. 2. Reg. V, 22.

§. XVI. Relativum **אשר** sæpius abit in naturam particularum *ut*, Gen. XI, 7. *nam*, Deut. III, 24. *quia* Deut. XXIII, 5. *quum*, *quando*. Gen. XXX, 38. *quamvis*, Num. XII, II. *certe*, *quin immo*. Jes. XLIX, 3.

§. XVII. Interrogativum Relativo **אשר** præpositum, assumit significationem relativam. v. g. *delebo ex libro meo* **מי אשר חטא לי** *eum*, *qui peccavit mihi*. Exod. XXXII, 33.

§. XVIII. Suffixa cum objecto, ad quod referuntur, in eodem genere & numero conveniunt, non autem cum voce, cui affiguntur. Gen. I, 25.


OBS. I. Suffixa sæpe in numero a suo objecto discrepant, & quidem Pronomen singulare objecto plurali respondens, infert huic vim distributivam.

v. g. 2. Reg. III, 3. *Foram non recessit* מִמֶּנּוּ ab illo, i. e. ab ullo peccatorum. Add. Jos. II, 4.

2. Suffixa Particulis aut verbis addita, significant *personaliter*; Nominibus apposita, *possessive*, i. e. ibi personam ipsam exprimunt; hic aliquid ad personam pertinens. Gen. XXXVII, 13. Gen. III, 11. Num. XII, 3

3. Suffixa Nominibus & Verbis addita, ordinarie significant *active*, sed interdum *passive* & *objective* v. g. תְּפִלָּתִי *precatio mea, quam ego facio*, Psal. IV, 2. & *precationis meae*, quæ ad me fit, Ies. LVI, 7. בְּבֵית תְּפִלָּתִי in meinem Beth Hause. בְּדַעְתּוֹ *per suam cognitionem, qua Messias fide agnoscitur* Ies. LIII, 11. Joh. XVII, 3.

4. Suffixa Verbo intransitivo adjecta, explicanda sunt per Particulas כ, ל, אֵל, עִם, &c. v. g. דִּבַּר עִמּוֹ *loquere cum ipso*. Adde Jud. I, 15. Psal. V, 5. LIII, 6. Ies. XLIV, 21. Gen. XXXV, 12.



## CAP. III. DE V E R B O.

### I. DE SIGNIFICATIONE VERBORVM.

#### §. XIX.

**V**erba composita Hebræi non habent, sed unum idemque Verbum, modo simplicis modo

modo compositorum omnium, intercedente Particula, significationem sustinet. v. g. קוים stare, insurgere, consistere. Sic עמר stetit Esth. VII, 7. restitit, c. IX, 2. substitit, Gen. XXX, 9. adstat, Jos. XX, 4.

§. XX. Conjugationum significationes hæ sunt:

*Kal*, nude significat agere vel pati;

*Niphal*, passionem, actioni Conj. *Kal* respondentem;

*Piel*, intensiorem & frequentationem;

*Püal*, passionem, actioni *Piel* oppositam;

*Hiphil*, efficere, jubere, incitare, permittere;

*Hophal*, passionem, actioni *Hiphil* convenientem.

*Hitpael* reciprocam significationem habet.

Vid. DANZII Interpr. C. III, a §. 56 - 64.

Obs. I. Si quod Verbum in *Kal* prorsus inusitatum fuerit, in quacunque Conjugatione fuerit, perinde ac si foret in *Kal*, nude denotat agere vel pati. v. g. נשבע juravit, in *Niphal*, Gen. L, 16. צויר precepit, in *Piel*. הניד indicavit, in *Hiphil*. ויתפלל & preces fudit, in *Hitph.* I. Sam. II, 25.

2. Quædam verba in *Kal* nunc active seu transitive; nunc passive seu intransitive sumuntur v. g. אץ impellere transitive, Exod. V, 13. intransitive, festinare, Prov. XXIX, 20. Sic שוב reducere, Ps. XIV, 7.

*reverti* Gen. XVIII, 33. Plura exempla tradit DANZIVS interpr. c. III. §. 56. membr. II.

3. Quædam verba pro varietate constructionis, variam obtinent significationem. v. g. שָׁמַע cum Accusat. vel שָׁמַע constructum, significat *audire*; cum אֲשָׁמַע *auscultare*; cum בָּ וְיָרַב vel לְקוֹר *obsequi*. Gen. III, 8. 1. Reg. XII, 15. Gen. III, 17.

4. Verba notitiæ & sensuum de affectu & effectu sæpe intelligenda sunt. v. g. לֹא יָדְעוּ בְנֵי אֱלֹהִים אֶת־יְהוָה *non cognoscebant*, i. e. *non timebant*, *non honorabant Jehovam*. 1 Sam. II, 12. Adde Gen. XVIII, 10.

5. Verba activa & passiva non raro, *declarative* sunt accipienda. v. g. וְטִמֵּא immundum declarabit, Lev. XIII, 3. 6. & v. 17. mundum declarabit. וְצִדִּיק iustum fecit, i. e. *absolvit*. Deut. XXV, 1.

6. Verbum יָכַל cum particula לֹא non semper defectum virium notat; sed sæpe molestiam ac difficultatem v. g. *Non possumus hoc* (sine opprobrio) *facere*, Gen. XXXIV, 14. c. XLIII, 32. it. Ruth. IV, 6. Pf. CI, 5.

7. Verbum הִלֵּךְ *ivit*, alio Verbo vel Nomine, interveniente copula, constructum, indicat *continuationem*, *auctionem* vel *gradationem* actionis vel qualitatis, quam vox adjecta denotat v. g. וַיִּדְוֶה הִלֵּךְ דָּוִד & *David ivit & invaluit*, h. e. *in dies magis invaluit*. 2 Sam. III, 1. Gen. XII, 9. 1 Sam. II, 26. Jon. I, 11.

## II. DE CONSTRUCTIONE.

§. XXI. Verbum finitum cum Nominativo suo in genere, numero & persona coincidit. v. g. וַיִּקְרָא הָאָדָם וְהָאָרֶץ הָיְתָה Gen. I, 2.

Obs. I. Quando Verbum cum Nomine in genere discrepat, constructio fit ad sensum, aut elliptice commodum vocabulum subintelligitur. v. g. אֶל-תִּתְחַד כְּבוֹדִי *ne uniat se, foem. gloria mea,* masc. quo vocabulo intelligi potest foem. נִפְשֵׁי Gen. XLIX, 6. Sic *benedictio, quam adduxit ancilla tua,* subintellige, *unus e servis ancilla tuae,* I. Sam. XXV, 27. coll. v. 19.

2. Duorum substantivorum constructorum invicem, interdum posterius verbum regit, cum debebat prius. v. g. *Joab videbat,* כִּי הָיְתָה אֵלָיו פְּנֵי קוֹל דְּמֵי אֲהוּיָהּ 2. Sam. X, 9. *it. קוֹל דְּמֵי אֲהוּיָהּ* Gen. IV, 10. Add. Job, XXI, 21. I. Sam. II, 4. Jes. II, 17. Exod. XV, 4.

§. XXII. Verbum Substantivum הָיָה *fuit, factus est,* frequentissime omittitur. v. g. Gen. I, 2. 10.

§. XXIII. Idem Verbum Substantivum sæpe regit sequentem Nominativum Latinorum cum Præfixo ל v. g. *Homo fiebat* לְנֶפֶשׁ חַיָּה *anima vivens.* Gen. II, 7. *Erunt* לְבָשָׂר אֶחָד *una caro,* Gen. II, 24.

§. XXIV. Verba regunt casum suum vel *nude,* Gen. XXV, 23. vel *interveniente Particula;*



Gen. III, 3. Post verba autem motum ad locum significantia, Præpositio latine sæpius supplenda. 2. Chron. XXXIV, 30. Num. XII, 5.

§. XXV. Duorum Verborum constructorum invicem, posterius in *Infinitivo* ponitur, tam interveniente particula ל, quam sine eadem. v. g. ויכלה עמר *sic poteris consistere*, Exod. XVIII, 23. מי יוכל לעמר *quis potest consistere?* 1. Sam. VI, 20.

§. XXVI. Verba יסף *addidit*, שוב *redire*, מהר *festinavit*, היטיב *benefecit*, השכים *matutinavit*, רבה &c. cum *Infinitivo* constructa, adverbiascunt. v. g. והסף ללדרת *iterum peperit*, Gen. IV, 2. 1. Reg. XIII, 17. Exod. II, 18. it. Gen. XXXI, 28. Jer. I, 12. Psal. CXXVII, 2. Sic 1. Sam. I, 12. הרבתה להתפלל *multum & indefinenter rogavit*.

§. XXVII. *Infinitivus* finito ejusdem radicis *præpositus*, denotat festinationem, certitudinem, evidentiam, excellentiam. ut מורא היה יהיה Gen. II, 16. 17. c. XX, 7. המורא 1. Reg. XIII, 32. *Postpositus* autem, frequentationem, seu actum continuum designat v. g. וישפוט שפוט *nos semper dijudicare voluit*. Gen. XIX, 9. c. VIII, 7. c. XXXI, 15. 2. Sam. XVI, 5.

§. XXVIII. Litteræ לִיב, *Infinitivis* præfixæ, Gerundia Latinorum exprimunt, ל quidem omnia; ב autem illud tantum, quod in *do* definit. v. g. Eccl. III, 2. Gen. I, 14. 22. Efr. III,

III, II. Huc refer  $\omega$  Infinitivo præpositum. v. g.  $\text{מִזְעַק}$  clamando, 1. Sam. VII, 8.

§. XXIX. Infinitivus a Nomine constructo rectus, resolubilis est in tempus finitum. v. g.  $\text{בַּיּוֹם עָשָׂה}$  in die, quo faciebat, Gen. II, 4. Exod. IX, 18. Deut. IV, 32.

Obs. Interdum Infinitivus regitur a præpositione, in conjunctionem convertenda. Vid. Gen. II, 19. c. XXIV, 30. Jos. VI, 5. Gen. IV, 13. 1. Sam. VIII, 7. Gen. V, 4. c. IV, 15.

§. XXX. Infinitivus sæpe ponitur loco Particulæ. v. g. Gen. VIII, 5. aqua magis magisque decurrebat.

§. XXXI. Imperativi secunda ac tertia Personæ per futurum exprimuntur. v. g. Exod. XIX, 3. seq. Deut. VI, 13. c. X, 20. tertia Pers. Gen. I, 3. Quod Futurum quoque vim habet Optativi & Subjunctivi. v. g. Gen. I, 24. 2 Sam. XVIII, 32. 1. Reg. I, 24.

§. XXXII. Futurum sæpe adhibetur 1.) loco Præsentis, Job. III, 20. Psal. II, 1. 2.) loco Imperfecti, Exod. XV, 6. 7. & 3.) loco Præteriti, Jud. II, 1.

§. XXXIII. Præteritum interdum vim habet Futuri, imprimis in Vaticiniis, ad certitudinem rei, & infallibilem Dei præscientiam denotandam. v. g.  $\text{יָלַד יְלֵדֵינוּ בֵּין גִּתְיָנוּ לָנוּ}$  puer natus est nobis. filius datus est nobis. Esa. IX, 5. c. LIII, 4. 6.

§. XXXIV,





Obs. I. Interdum vim habent privandi. v. g. **לֹא** non sapiens, i. e. insipiens. Hof. XIII, 13. imparatus, Neh. VIII, 10. non mors i. e. immortalis, Prov. XII, 28. aut cum emphasi contrarium affirmant, v. g. Jef. LIII, 2. non forma, i. e. summa deformitas.

2. **לֹא** non raro significat non solum, & sequens **כִּי** sed etiam. Gen. XXXII, 28. c. XXXV, 10. rarius est interrogativa. Exod. VI, 3. c. VIII, 22.

§. XXXVIII. Particulæ negandi diversam constructionem admittunt. Sic

**אֵין** negativum, tantum nomini, pronomini, infinitivo ac participio jungitur. **אֵין** cum præfixo **מֵ** significat unde? Jud. XVII, 9.

**לֹא** ordinarie Futuris junctum, denotat ne, non. Exod. XII, 9. estque prohibentis, dehortantis, deprecantis, imprecantis, interrogantis, ut I. Sam. XXVII, 10.

**בֵּל** & **בֵּלִי** junguntur Præterito & Futuro. Pf. XVI, 8. Prov. XXIII, 35.

**בֵּלִי** Præteritum habet & Participium, Esa. XIV, 6. cum præf. **ל** ordinarie Infinitivo jungitur. v. g. Gen. III, 11.

**לֹא** omnibus temporibus jungitur, excepto Imperativo.

§. XXXIX. Præpositio **עַל** proprie denotat partem superiorem, in numero aut mensura, super, supra; interdum ad, 2. Sam. XV,

XV, 4. *apud*, Jud. III, 19. *de*, Gen. XVIII, 19. *contra*, Jud. XVI, 9. 12. *pro*, Deut. XXIV, 16. *eo quod*, Job. XXXII, 2. *eo quod justificasset se ipsum*.

§. XL. *יַעַן* & *לְמַעַן* Nominibus addita, vel Pronominibus, valent *propter*, *quia*, *eo quod* v. g. Ezech. V, 9. Gen. XXII, 16. c. XVIII, 19. Verbis juncta, *propterea ut*, *ita ut*. v. g. Jos. III, 4. Nec tamen semper intentionem & finem agentis; sed nudum quoque *eventum* significant. v. g. Psal. LI, 6. *ut justus sis*, i. e. *deprehendaris*. Jer. XXVII, 15.

Idem observandum de *ל* Infinitivi, v. g. *Cur nos ex Aegypto eduxisti אֲתִי לְהַמִּירָא ad me occidendum*, i. e. *unde nihil aliud consequitur, quam ut fame peream*. Exod. XVII, 3. Num. XVIII, 22. c. XXXII, 14.

§. XLI. Particula *עַד*. Nominibus & Pronominibus præposita, notat *ad*, *usque ad*, *ante*, Exod. XXII, 8. Gen. X, 19. i. Sam. XIV, 24. Verbis junctum, significat *donec*, *usque dum*, *antequam*, *quamdiu*. Gen. XXXVIII, 11. Gen. XIX, 22. Exod. XXII, 25. & i. Chron. IV, 31.

Ceterum Præpositionem præmissam non patitur. De *בְּעַד* *pro* i. Sam. VII, 9. Vid. DANZII Interpr. §. 128. not. (r)

§. XLII. Præpositio Præpositioni superinducta, abit in Adverbium. v. g. *לְמִיָּנָם* *inde a die*,

die, Jud. XIX, 30. כִּבְחָצִי *ferme, circiter in dimidio.* 1. Sam. XIV, 14. Sicuti & Jef. I, 26.

§. XLIII. Conjunctio ׀ ordinarie significat conditionaliter, *si, quodsi.* In juramentis autem ׀ negat, ׀ אֲלֵּי־אֱלֹהִים *adfirmat.* Psal. XCV, 11. Ef. XIV, 24.

§. XLIV. Conjunctio causalis כִּי *quia,* nonnunquam per *quamvis* reddenda. v. g. Gen. VIII, 21. Jos. XVII, 18. 2. Sam. II, 7.

Post formulam jurandi כִּי *quam vere vivit,* significat *tam vere.* v. g. 1. Sam. XXVI, 16. Gen. XLII, 16.

§. XLV. Hortantis vicem regulariter sustinent הִנֵּה *da!* Gen. XI, 3. לֵךְ *abi!* Gen. XXXI, 44. לֵךְ *ite!* Jef. I, 18. קוּם *surge!* Gen. XIII, 17. & in primis Jud. XVIII, 9. ut gallice *allons!* German, *Wolan, frisch, hurtig, munter dran!*

§. XLVI. Præfixum ׀ amplitudine significationis suæ, omnes Conjunctionum species pervagatur. Speciatim *ante Futura* post verbum ׀־יִיְהוֹי *accidit,* in oratione redditiva denotat VT. Gen. IV, 8. Jos. I, 1. Vid. DANZII Interpr. §. 149. tot.

OBS. ׀ aliarum quoque Orationis partium significationes exprimit. v. g. *Relativi* ׀־אֲשֶׁר *ut alibi.* Job. XIX, 25. ita in primis ante ׀־וְ *cum* suffixo. Gen. XXIV, 29.

§. XLVII. Præfixum ׀־כִּי *similitudinis, sicut, secundum, circiter* notat: Infinitivo præfixum, idem est ac *postquam, quum.* 1. Reg. I, 21.

§. XLVIII

§. XLVIII. Præfixum ל nunc *Casum* certum designat; nunc *Adverbia*; Hof. II, 20. nunc *Præpositiones* diversas. v g. *coram*, Jer. XXVI, 6. *inter*, Exod. XII, 2. Vid. DANZ. Interpr. §. 151. membr. II.

*Infinitivo* junctum significat *ut*, tam consecutivum; quam causale. 2. Sam. XIII, 2. Gen. XXIII, 8. 1. Reg. XVI, 7.

§. XLIX. Præfixum ׀ Nominibus & Pronominibus junctum, varias *Præpositiones* notat: *Infinitivo* præpositum, significat *dum*, Gen. II, 4. *quum*, Jud XIII, 20. *postquam*, Gen. XXXIII, 18. *antequam*, Gen. XIX, 29.

§. L. Verbis *Affectuum*, præponitur præpositio, & quidem *gaudendi* & *adversandi*, ׀ vel ל: *sequendi* seu *adhærendi* אחר. Sic dicunt: *gaudere in re* Jes. LXV, 19. vel *super re*, Deut. XXVIII, 63. *pugnare in aliquo*, *ire post quem*, i. e. *sequi*.



PRINCI-



# PRINCIPIA

## ACCENTUATIONIS GENERALIORA.

### §. 1.

**A**ccentus hebræis sunt signa illa quæ nexum significatum vocabulorum propriorum separatorum indicant. Nexus ille vocabulorum aut 1) tam arctus erit quam inter vocabula separata concipi potest, & accentus qui illum denotant vocantur *conjunctivi* (*ordinativi, servi*) aut 2) non adeo arcte significatus vocabulorum combinantur, & accentus hunc nexum ostendentes *disjunctivi* (*distinctivi, domini*) appellantur.

Obs. Accentuum usus grammaticus, hermeneuticus, rhetoricus, sed non facile musicus.

### §. 2.

Hæc combinatio & separatio significatus vocabulorum, vel observatur in illis libris qui poetici audiunt, & sunt *accentus metrici*, vel in aliis libris attenditur & *accentuum prosaicorum* nomine insigniuntur. Accentus prosaici & metrici non solum 1) quoad figuram nonnullorum accentuum differunt, sed etiam 2) valor accentuum respectu distinctionis & 3) positus eorum successivus, diversus apprehenditur. Hinc quum positus accentuum successivus

K

cessivus